Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26083
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tabant immundi erant ut dictum est. Cum
autem dominus hoc sacramentum quod sanctissimam reli-
gionem victime appellet, sed quia capri
dimiserat in desertum, similiter immundus.
De quo tamen facile est invenire rationem, et
est veri simile hos cineres factos annu-
atim, ut modo fit crisma. Quidam tamen hebrei
dicunt eos valuisse et durasse per plures
annos nec factos nisi cum deficiebant.

De purificatione inmundorum

His generibus purificantur immundi
in hunc modum. Siquis tangebat ca-
daver hominis mortui in tabernaculo
vel in agro occisi vel per se mortui, ipsum taber-
naculum vel sepulchrum eius, immundus erat
vii diebus. Tabernaculum in quo mortu-
us est homo, et universa que inerant va-
sa immunda erant vii diebus. Tolle-
batque vir mundus cineres combustionis
mittensque super eos aquas vivas, tin-
gebat ex eis ysopum et aspergebat ex eo
die tercio et vii tentorium et omnem sup-
pellectilem et homines huiusmodi pol-
lutos contagione; et lotis vestibus et cor-
pore mundi erant. Si die tercio non fue-
rat aspersus immundus, die vii non
mundabatur; siquis autem sic non munda-
batur vel non expiabatur, privabatur de medio
ecclesie, quia sanctuarium polluebat, id est eius animam
privabat de Israel, quia peccabat et arceba-
tur ab ingressu sancti loci. Sed et ille qui
purificabat immundum aqua huiusmodi,
qui tetigerat cineres, lavabat vestimen-
ta sua et immundus erat usque ad
vesperam. De immundiciis vero quibus immun-
dus erat homo per diem tantum, ut propter il-
lusionem nocturnam vel qui dormierat
cum uxore sua, non cre[illegible]dimus [illegible] his
[illegible] cinibus expiatum, sed ad [illegible]mimus
de immundicia vii dierum. Quam die
tercio et vii legitur faci[illegible]enda talis

expiatio. De expiationibus que fiebant
cum muneribus oblatis, ut de leproso supra
dictum est, et de viro spermatico, et muliere
sanguinaria, qui legitur eos vii nume-
rare dies, et octavo purificari, cre[illegible]
die tercio et vii his aquis expiatos.

De personis exclusis a matrimonio

Tradidit autem dominus filiis
Israel multitudinem preceptorum recapi-
tulando predicta et super addendo nova,
de quibus non nulla perstringimus que ad in-
telligentiam lectionis sacre scripture
necessaria sunt. Sane prohibuit dominus ne
ad domesticam carnis sue accederet homo,
nec revelaret turpitudinem eius, id est disco-
operiret et pudenda eius nudaret. In primeve
quidem parentum coniugio propter hominum
raritatem solum duas personas exclusit
dominus a coniugio dicens: propter hoc relinquet
homo patrem et matrem, id est nec filius matri
nec filia patri copulabitur. Sub lege vero
plures excepit, que sunt fere xii: mater,
noverca, soror, neptis, amita, mater-
tera, uxor fratris, nurus, uxor patrui.
Sed hec determinationem recepit, privigna,
filia privigni vel privigne, soror uxoris.
Tamen paucas exclusit ut multiplicarentur
homines et replerent terram. Sub gratia
plurime excluduntur vero continentia lo-
cum habet, et hec prohibitio est coniugii. A for-
nicatione autem omnis mulier excluditur.

Cathalogus quorundam preceptorum

Coitum quoque cum masculo et iumento
sub interminatione mortis prohibuit.
Nec quod colligens spicas et racemos re-
manentes, nec grana decidentia, sed
relinquerent ea pauperibus terre, nec opus
mercennarii retineret usque mane;
nec personas acciperet, diligeret amicum
sicut se ipsum precepit. Viri lxx primum
ponunt. Sompnia, auguria, divi-